



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Rvsticvs. Expressus ex Theophrasto, Cicerone, cæteris. Descriptio XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

iam porticu leuatam merito in tribunal excellum Mercurius excipiebat ; praesto erat fortuna cornu abundantu copiosa, & tres Parca aurea pensa torquentes.

Notauit etiam in porticu gregem cursoru, cum magistro se exercentem: praeterea grande armarium in angulo vidi; in cuius aedacula erant lares argentei positi: Venerisque signu marmoreum, & pixis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius candidam esse dicebant.

Ego interrogare athenensem caepi, quas in medica picturas haberent, Iliada, & Odyssaea, inquit.

Iam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat, & quod praecipue miratus sum, in postibus triclinij fascies erant: cum securibus fixi, quorum vnam embolum nauis aeneum sinebat, in quo erat scriptum; *G. Pompeij Trimalcioni, viro augustali, Cinnamomum dispensator.*

Sub eodem titulo etiam lucerna bilychnis de camera pendeat, & duae tabulae in vitroque poste defixae: quarum altera, si bene meminimus, hoc habebat inscriptum. *III. prid. Kalend. Ianuar. G. noster foras coenat:* altera Lunae cursum, stellarumque imagines pictas, & qui dies boni, qui incommodi essent, distinguente bulla notabatur.

De huius descriptionis interpretatione alibi dixi.

R V S T I C V S.

Expressus ex Theophrasto, Cicerone, & caeteris.

Descriptio XXXVII.

A Nimaduertite quales, hominis, vel potius pecudis stuporem, & rusticitatem: ut est hirta barba, neglecto capillo, colore fusco, nigris dentibus, ab imis vnguibus ad verticem vsque stipes Aethiops.

Par corpori vestis, horrida scilicet, & inculta, quae strictè adeo plerumque artus tegit, ut nudet inuerecunde. Calceos habet pede ampliores, quibus ipse non tam ambulat, quam natat: eosdem interdum clavis suffigit, & ingenti strepitu quatit pavementum. Loquitur interim contenta voce, quasi surdis canat, aut caecum nauticum vrgeat amicis,

necessariisque parum fidit, de rebus maximis ad famulos refert: & si comitijs interfuerit, quaecumque ibi gesta fuerint, rusticis operis narrat: illis ad singula, ut faciunt cicones acclamantibus, ipse nihil eorum, quae caeteri digna admiratione iudicant: quin imò vnguenta non suauius fragare thymo, & barbaram fistulam cythara praestare dicat.

Si bos, aut asinus, aut hircus occurrerit, homo gradum sistere, admirari, contemplari, quasi in alium orbem raptus.

Quid quod domi, etiam si ipse sit locuples, *Cicer. in Pis. nihil lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, sonem.*

ne magnopere quidem praeter praeposteram gulae voracitatem, sumptuosum: toreuma nullum, maximi calices, & hi placentini; extracta mensa, non conchylijs, aut piscibus, sed multa carne subtrancida, serui sordidati ministrant, & ij plerumque Aethiopes, quibus nolles per mediam noctem in bustuarijs occurrere: ille interim infertit se cibo, & in laxiora pocula ingurgitat, dein potentius, vel iacet in Graeci vini fetore stertens, vel si quando concinnior fuerit, saltat, & canit intempestiuè molestus omnibus: mox canem ad se vocat, & apprehenso blandientis rostro, fidam, inquit belluam, dominum, & domum, & inquilinos omnes custodit.

Vbi cubitum discesserit, si de aratro, aut falce, aut cophino, quem forte vicinis utendum dederat, somnariit, intempesta nocte mentionem eorum faciet, nec ullam partem capiet quietis. Tum si visum fuerit, molam versabit cum ancilla, cum eadem quicquid in buccam garriens, & si quid è promptuaria cella deprompserit, decerptum inde frustum vorabit, cauens ne pistrinx hoc resciscat. Ad summum, est omnis vitae ciuilib, & humanitatis ignarus.

R V M O R V M C O N F I C T O R.

Expressus ex Theophrasto, & alijs.

Descriptio XXXVIII.

Chamaeontes vento pasci miramini? quin potius rumigerulum suspicite, ut totus ex ventis constatus est. Hic patulis auribus rumusculos omnes excipit, & ad ser-